

NUMMVS MEMORIÆ SACER
 AUGUSTI ELECTORIS SAXONIÆ
 cufus Synodo Torgaviæ celebratâ: Anno
 Christi 1574.



Um post obitum Ioannis Wilhelmi Saxoniae Ducis Augustus Saxoniae Elector, ut proximus illius Agnatus, tutelam pupillorum, ac totius ditionis administrationem suscepisset, Theologi nonnulli, Professores, plurimi item ministri Ecclesiarum corpori doctrinae Misnicae subscribere recusantes, stationes suas deferere cgebantur. In eo namque totus erat Elector, ut distractas Ecclesias Thuringiae ac Misniae, cum Wittenbergenſi & Lipsenſi Academiis in concordiam reduceret. Hoc eodem fine Theologis praecipuis aliquot Torgoviam convocatis, e tribus regionis suae consistorijs, eque Lipsenſi & Wittenbergenſi Academijs, Lutheri doctrinam de S. Eucharistia denuo approbat, & confirmat: e contra vero Ulrici Zuinglij, Joannis Calvinii, & Theodori Bezae opiniones rejicit. Quin & mense Julio, eiusdem Electoris jussu custodiae nonnulli, ex Theologis, Jureconsultis ac Medicis traditi fuerunt, eo quod aliam, quam Lutherus, de caena domini doctrinam spargere capissent. In nummo superius delineato quid Myſta voluerit,

ex cap. 14. Iosue colligitur. Chyteraus in Chron.

Sax. Author.